2. Quare ſi è numero laterum tollatur 2, & reliquus duplicetur: vel ſi è numero laterum duplicato tollatur 4: habebis *ſummam angulorum rectorum* in rectilinea quavis figura interius comprehenſorum. Sic triangulum intra ſe continet duos rectos: quadrangulum quatuor, quinquangulum ſex: &c.

3. Figuræ autem cujuſvis rectilineæ anguli exteriores omnes æquantur quatuor rectis.

4. Quare ſi quatuor anguli recti dividantur per numerum laterum, ſive angulorum: quotus erit quantitas *unius anguli exterioris*, in figura rectilinea ordinata. Sic angulus exterior in trigono ordinato eſt $\frac{4}{3}$ recti, ſive grad: $\frac{360}{3}$, in tetragono ordinato $\frac{4}{4}$ recti, ſive gradus $\frac{360}{4}$: in pentagono ordinato $\frac{4}{5}$ recti, ſive gradus $\frac{360}{5}$, &c.

5. Si quantitas anguli exterioris tollatur ex duobus rectis: vel ſi ſumma angulorum rectorum interiorum dividatur in numerum laterum: habebis quantitatem *unius anguli interioris*, in figura rectilinea ordinata.

dinata. Sequitur pars prior ex 4:poſterior ex 2. Exempli gratia, In octogono ordinato, anguli unius exterioris quantitas eſt $2-\frac{4}{8}$ vel Gra: $180-\frac{360}{8}$. Item 8)12(1 $\frac{1}{2}$ recti: vel Gra: 8) $12{\times}90$(135.

6. Numerus angulorum planorum in ſolido quovis regulari, invenitur multiplicando numerum angulorum planorum unius baſis in numerum baſium. Nempe anguli plani ſunt, in (4), $3{\times}4$: in (6), $4{\times}6$: in (8), $3{\times}8$: in (20), $3{\times}20$: in (12), $5{\times}12$.

7. Numerus angulorum ſolidorum in ſolido quovis regulari, invenitur dividendo numerum angulorum planorum in ſolido illo, per numerum angulorum planorum circa unũ angulum ſolidum. Nempe anguli ſolidi ſunt in (4), $\frac{3\times4}{3}$: in (6), $\frac{4\times6}{3}$: in(8) $\frac{3\times8}{4}$: in (20), $\frac{3\times20}{5}$: in (12), $\frac{5\times12}{5}$.

8. Numerus linearum lateralium in ſolido quovis regulari, eſt ſemis numeri angulorum planorum in illo ſolido. Atque hic etiam eſt numerus rectangulorum, ſub latere, & lineâ perpendiculari è centro baſis in latus. Nam unaquæque linea lateralis duobus inſervit angulis.

9. Quare rectangulum ſub latere, & linea perpendiculari è centro baſis in latus, eſt ſuperficiei totius, in (4), $\frac{1}{6}$: in (6) & (8), $\frac{1}{12}$: in (20) & (12), $\frac{81}{30}$. Eſt 6 & 7 e 14.

10. Solidum quodque regulare æquale eſt ſuperficiei ſuæ trienti ducto in lineam perpendicularem è centro ſuo in baſem.

11. Si linea 5 ſecetur ſecundum extremam & mediam

diam rationem, ut σ ſit majus ſegmentum, & τ minus: Dico $\sigma q = \varsigma\tau = \sigma\tau + \tau q$. per 11 & 3 e 2.

12, $Q{:}\,\tfrac{1}{2}\varsigma + \sigma{:} = 5Q{:}\,\tfrac{1}{2}\varsigma$. Nempe $\tfrac{1}{4}\varsigma q + \varsigma\sigma + (\sigma q)\ \varsigma\tau$. Eſt 1 & 2 e 13.

13. $Q{:}\,\tfrac{1}{2}\sigma + \tau{:} = 5Q{:}\,\tfrac{1}{2}\sigma$. Nempe $\tfrac{1}{4}\sigma q + (\sigma\tau + \tau q)\ \varsigma\tau$. Eſt 3 e 13.

Quare $\sigma.\tau :: \tau.\sigma-\tau$. Nam (per 11.) $\sigma q - \sigma\tau = \tau q$.

14. $\varsigma q + \tau q = 3\sigma q$. Nempe $\sigma q + (2\sigma\tau + \tau q + \tau q)\ 2\varsigma\tau$. Eſt 4 e 13.

15. $\varsigma+\sigma.\varsigma :: \varsigma.\sigma$. Nempe $\varsigma+\sigma.\varsigma :: \sigma+\tau.\sigma$. Eſt 5 e 13.

16. Si ς ſit ɤ, σ erit *Apotome*. Nam quia per 13, $\tfrac{1}{2}\varsigma+\sigma.\,\tfrac{1}{2}\varsigma :: \sqrt{q5}.\,1$: Erunt $\sigma+\tfrac{1}{2}\varsigma, \tfrac{1}{2}\varsigma$ ɤ ꝗ, per def: 6 e 10. Et per 37 e 10, erit $\sigma+\tfrac{1}{2}\varsigma+\tfrac{1}{2}\varsigma$ *Binomium*. Ergo per 74 e 10, $\sigma+\tfrac{1}{2}\varsigma-\tfrac{1}{2}\varsigma$ *Apotome*, hoc eſt σ.

Item ſi ς ſit ɤ, τ erit *Apotome*. Nam per 61 & 98 e 10, $\frac{\sigma q}{\varsigma\text{ɤ}}$ (hoc eſt τ) *Apotome*. vide 14. Eſt 6 e 13.

17. Si ς ſit ſubtendens angulum pentagoni ordinati; erit σ latus pentagoni. Dico in Schemate, AC. CF :: CF. AF: Et CF = CB = AB. Nam quia trianguli BCF, omnes tres ang: = $\tfrac{10}{5}$ recti: è quibus ang: BCF = $\tfrac{2}{5}$ recti; & ang: CBF = $\tfrac{4}{5}$ recti: tertius igitur ang: CFB = $\tfrac{4}{5}$ recti: quare CF = CB = AB. Et quia liquet tri: ACB, BAF ſim: Erit AC.AB :: AB. AF: Ergo. Eſt 8 e 13.

Conſect. Et ſi ex angulo B per centrum, ad oppoſitum latus pentagoni, ducatur BKM, ſecans ipſam AC in I: ſecabitur etiam linea BM ſecundum extremam & mediam rationem in puncto I. Nam quia in tri: EBM, lateri EM parallela eſt FI: erit per 2 e 6, IM. IB :: FE. BF :: CF. EA. Ergo.

18. Si

18. Si circuli alicujus radius σ , erit τ latus decagoni. Nam quia arcus ABC=2GAN , erit ang: RKG=KGA=KAG : ideoque tri: RGK, KAG ſim. Eſtque RG KG:: KG. AG. Atque AR =KG , quia ang: $\frac{1}{2}$RKG=KRG. Secatur igitur RG ſecundum mediam & extremam rationem in puncto A. Ergo latus decagoni AG eſt minus ſegmentum. Eſt 9 e 13. Quare etiam ſi ς ſit Radius, erit σ latus decagoni.



19. Perpendicularis KH vel KO , a centro in latus pentagoni ordinati, æquatur ſemiſummæ Radii & lateris decagoni, Nempe KO=$\frac{1}{2}$RG=$\frac{1}{2}$KR. Nam quia KR=RG ; ſublato utrinque radio , manebit RN=AG. Eſtque KO=RO , per 2 e 3. Eſt 1 e 14.

20. Quadratum lateris pentagoni ordinati, minus quadrato Radii, æquatur quadrato lateris decagoni: Nempe AEq-KGq=AGq. Nam quia AHq+GHq =AGq: Et quia KG ſecatur med: & extr : ratione in L ; eſtque KL=AG : Erit AEq+GLq=4AGq : Et per 14, KGq+GLq=3AGq. Fiat ſubductio. Eſt 10 e 13.

21. Quadratum lateris pentagoni, plus quadrato lineæ

lineæ ſubtendentis angulum pentagoni, æquatur quinque quadratis Radii. Nempe in ſchemate præcedente, AEq+CAq=5KGq. Nam CAq+AGq=4KGq: & per 23, AEq-AGq=KGq. Fiat additio. Eſt hæc 3 e 14.

22. Si circuli Radius ſit rationalis, latus pentagoni inſcripti erit irrationale, Nempe Minor. Nam quia triang: rect: AIC, AKF ſim: erit CI. $\frac{1}{2}$AC::KF. $\frac{1}{2}$AF: ideoque 2CI. CK::KF. $\frac{1}{4}$AF=FL, qui quadrans eſt Radii: Et CD+CK. CK:: KL.FL. At per 17, ſi CD ſit σ, CK erit $\frac{1}{2}$ς: quare ſi FK ſit σ, FL erit $\frac{1}{2}$ς: & per 12, KLq=5FLq. Eſt autem BLq=25FLq: quare BL. KL:: √q25. √q5, ϰ ꝗ, per def: 6 e 10: Et ſic ipſorum quadrata: unde etiam BLq. BLq-KLq:: 25. (25-5) 20:: 5. 4: Et BL. √u: BLq-KLq:: √q5. 2, ⊏⊐. Quare BL-KL, nempe BK eſt ϰ *Apotom*: IV, per def: & 47 e 10: quippe oſtenſum eſt, A, E ϰ ꝗ; A⊏⊐.√X.; & A⊏⊐R. Item BCq=BKq+CKq=BKq+BK×BH (per 35 e 3) =ϰBK×ϰBH. Ergo per 95 e 10, BC eſt ♃ *Apot*. IV, hoc eſt Minor. Eſt 11 e 13.



23. In triang. rect. cujus Hypotenusa Z dividitur in segmenta A,E, perpendiculari ex angulo recto demisso, Erit 1°, ZA=Bq: & ZE=Cq. & AE=mq.

II°, A.E::Aq.mq::mq.Eq:: Bq.Cq.
III, Z.A:: Zq.Bq:: Bq.Aq::Cq.mq.
IV°, Z.E::Zq.Cq::Cq.Eq:: Bq.mq.

24. Si triangulum æquilaterum inscribatur circulo: 1° perpendicularis è centro in latus æquatur $\frac{1}{2}$ Radii. Ideoque altitudo Δ^i, sive perpendicularis è vertice in basem æquatur $\frac{3}{2}$ Radii.

2°, Q: dia. Q: lat: Δ^i:: 4.3: ideoque Q: Rad. Q: lat: Δ^i:: 1.3. Est 12 e 13.

3°, Q: lat. Q: alt: Δ::4.3. sc: 3. $\frac{9}{4}$. Est 12 e 14.

4°, Area trianguli æquilateri $\sqrt{\frac{27}{16}}$, æquatur quadrato mediæ proportionalis inter altitudinem & semissem lateris: vel inter latus & $\frac{1}{2}$ altitud. Est 29 e 14.

5°. Q. lat: Δ^i. Q: perpend: à cent: in bas:: 3. $\frac{1}{4}$. Est 18 e 14.

25. Si quadratum inscribatur circulo: latus ipsius erit $\sqrt{2}$: Et Q: lat: $\square^i$. Q: dia:: 1.2.

26. Si eidem circulo inscribatur, tum triangulum æquilaterum, tum quadratum: 1°, Q: lat: Δ^i. Q: lat: $\square^i$::3.2: per 24 2°, & 25. Est 16 e 14.

2°, Q: alt: Δ^i. Q: lat: $\square^i$:: 9.8: per 24 3°, & 26 1°.

3°, Δ. $\square$:: $\sqrt{27}$. 8: scil: $\sqrt{\frac{27}{16}}$. $\sqrt{4}$.

27. Latera quinque solidorum regularium exponere,

nere, & inter ſe comparare. Eſt 13,14,15,16,17,18, e 13. Eſto AB vel ipſi perpendicularis Aβ, axis ſphæræ,& C centrum: ducatur Cβ ſecans circulum ſphæræ in H; ducaturque HG parallela ipſi Aβ: eritque GH=2CG; & per 47 e 1, Rq=5Q: ½ HG; & per 12, ſi HG ſit ς, AG eſt σ; & per 18, ſi HG ſit Radius, erit AG latus decagoni; & per 20, AH latus pentagoni.

Menſuretur CV=CG; & VX=GH. Et è centro erigatur CF; jungaturque AF. tum dividatur axis AB trifariam, ſic ut BD ſit $\frac{1}{3}$, & AD $\frac{2}{3}$: ducanturque perpendicularis DE, & chordæ AE, BE. Secetur BE med: & extr: ratione in puncto L.

Statuaturque GI=BE; & IK ipſi AH parallela: Et ſic erit GK=BL ſegmentum majus.

Schema

Schema generale linearum atque mensurarum circa quinque solida regularia.



His diligenter memoriæ mandatis, ad ipsa quinque corpora regularia declaranda pergemus.

28. De Tetraëdro. Latus (4) est AE; & DE Radius circuli ambientis basem ipsius triangulam. Nam per 23 IV°, AEq. DEq :: AB. BD :: 3.1 :: Q: lat. Δi. Q: Rad: per 24 2°. Et CD & perpendicularis è centro sphæræ in basem, scil: $\frac{1}{6}$ axis. Et $\frac{1}{2}$ DE est perpendicularis è centro basis in latus, per 24 1°.

29. De Hexaëdro. Latus (6) Est BE vel GI. Nam per

per 23 IV, ABq.BEq::AB.BD::3.1. Et quia per 23 II°, AEq=2BEq: erit ABq=3BEq(hoc est quadratũ diagonii Cubi æquatur tribus quadratis lateris): Estque per 25, Q:lat:□i. Q:dia circ::1.2::BEq AEq. Quare $\frac{1}{2}$AE est Radius circuli ambientis basem triangulam(6). Liquet etiam quod $\frac{1}{2}$BE æquatur perpendiculari, tum è centro sphæræ in basem, tum è centro basis in latus. Denique quia ABq.BEq::6.2::Q: axis. Q:lat:(6):Erit 2 Q: axis=6Q:lat(6); quæ superficies est Cubica.

30. De Octaëdro. Latus(8)est AF vel AS. Nam(8) constat duabus pyramidibus quadrangulis, quarum altitudo est semiaxis: & Q: axis. Q:lat (8) ::2.1. Et quia per 24 2°, Q:lat△i, quod est Q:lat(8). Q:diam: circuli ambientis::3.4. Erit Q: axis. Q: diam::3.2. Ductaq; ST parallela axi, quia ASq.CTq::ABq.BEq:: 3.1: Estque ASq=AFq=$\frac{1}{2}$ABq: quare CTq=$\frac{1}{2}$BEq =$\frac{1}{4}$AEq: ideoque CT=$\frac{1}{2}$AE; qui radius est circuli ambientis tum basem(6), tum basem (8). Et si AS vel AF sit latus △i, erit CT Radius circuli ambientis per 24 2°: Et $\frac{1}{2}$CT perpendicularis è centro △i in latus, per 24 1°. Est autẽ superficies (6)=12BE×$\frac{1}{2}$BE: & superficies (8)=12AF×$\frac{1}{2}$CT, quod satis liquet: Quare BE×$\frac{1}{2}$BE. AF×$\frac{1}{2}$CT::superf:(6). superf:(8):: (6).(8)::BE.AC. Est 27 e 14. Quoniam AFq.ACq:: BEq. CTq=$\frac{1}{2}$BEq.

31. De Icosaëdro. Latus(20) est AH vel AM. Nam Radiis GH & VX æqualibus cogitentur duo circuli describi, perpendiculariter insistentes plano AHXB: atque in ipsis includi, tum pentagonum ordinatum lateris AH, tum decagonum lateris AG: sic ut pun-

ctum H ſit angulus pentagoni, & X decagoni : unde anguli pentagoni in uno circulo perpendiculariter imminebunt angulis decagoni in altero, ad diſtantiam GV = GH. Et è ſingulis angulis unius pentagoni ducantur duæ hypotenuſæ ad angulos alterius utrinque proximos : Item ex ſingulis angulis utriuſque pentagoni, in proximum axis terminum A vel B, ducantur hypotenuſæ: quæ quidem omnes, hypotenuſæ erunt triangulorum rectangulorum, quorum Cathetus æqualis eſt Radio GH, & baſis lateri decagoni AG; ideoque ſingulæ æquales lateri pentagoni AH. Quare deſcripta erit figura conſtans 20 triangulis æquilateris & æqualibus. Includi autem angulos illos omnes ſphæra, patet ex angulo H : nam circumvolutus ſemicirculus AHXB reliquos ſimiliter angulos perſtringet. Eſt igitur GH Radius circuli ambientis pentagonum (20); & √r quia 5.1::GHq.GHq: eſt autem CH = ½AB, & CG = ½GH : Atque idcirco AH latus(20) eſt √r, nempe Minor, per 25. Tum demiſſa MN perpendiculari in axem, ſtatuatur MQ = AC, ½ axis : erit MN Radius circuli circa baſem, per 24 2°; quia AM.MN::AE.DE::3.1: Et ½ MN perpendicularis è centro baſis in latus, per 24 1°: Et NQ perpendicularis è centro ſphæræ in baſem: quia ibi Q eſt inſtar centri ſphæræ. Denique BEq. GHq::5. 3: Nam BEq. ABq::1.3: & ABq. GHq::CHq. CGq:: 5.1.

32. De Dodecaëdro. Latus (12) eſt BL vel GK, in præcedente ſchemate : & BE vel GI (latus (6)) ſubtendit angulum baſis pentagonæ (12). Nam in ſequente ſchemate, deſcribantur duæ baſes (6), AD,

EB

EB, quarum commune latus est DE; & centrum sphæræ C; & centrum basis unius G, alterius H. A centro G ducatur GF perpendicularis lateri DE; & per centrum H ducatur IHK ipsi DE parallela Erunt igitur GF, HI, HK, semisses lateris (6): secentur singulæ in στ punctis L, M, N; ut majus segmentum sit ubique centro proximum: & in punctis L, M, N, erigantur tres perpendiculares LR, MO, NP, æquales ipsi majori segmento: & ducatur OP, latus (12): est enim IK.OP::ς.σ::BE.BL, schematis præcedentis. Ducantur etiam DO, DR, EP, ER, quæ cum OP includunt pentagonum, basem quidem (12). Nam



1°. Pentagonum DOPER est in uno plano: Est enim RFQ una recta linea, per 32 e 6.

2°, Est æquilaterum: est enim DOq = MOq pl. DI q+Mq, hoc est, 3MOq, per 14. At etiam 4MOq=OPq. Et sic de cæteris.

3°, Est equiangulum. Est enim DPq=DIq pl. INq+NPq, hoc est, 3DIq, per 15 & 14. At etiam 4DIq=DEq. Et sic de cæteris.

4°, Circumscribitur sphæra; Est enim CPq= CQq+QPq, hoc est, 3CHq, per 15 & 14. At

Q: axis.Q:lat(6)::3.1::Q:$\frac{1}{2}$axis.Q:$\frac{1}{2}$lat(6). Et ſic de reliquis.

5°, Circa (6) deſcribentur 12 ejuſmodi pentagona: Cum enim per II, ſint in (6) latera 12; unicuique lateri ſuum adhærebit pentagonum; ſicut intuenti perſpicuum erit.

6°, Latus (12) eſt Apotome: Eſt enim DE latus (6) ɤ ꟻ axi: at per 16, ſi ϛ (DE) ſit ɤ, σ (OP) erit Apotome.

His ſic oſtenſis, ad prius illud ſchema redeundum denuò erit: In quo menſuretur Kγ=KG=BI. lateri(12): & demittatur γR. Erit per 20, γR Radius circuli circa baſem pentagonam: Et per 19, Rθ, ſcil. $\frac{1}{2}$Rγ+$\frac{1}{2}$RK, eſt perpendicularis è centro baſis in latus. Eſt autem Rγ=MN: Nam quia (3BEq)3GIq=Q: axis=5GHq, erit 5.3::GIq. GHq :: GKq. GAq:: GIq+GKq.GHq+GAq: hoc eſt, per 17 & 21: 5Rγq. AMq=3MNq, per 23 IV°. Quare 3×5Rγq= 5×3MNq. Eſtque QN perpendicularis à centro ſphæræ in baſem. Eſtque ſuperficies(20)=30 AH×$\frac{1}{2}$MN: & ſuperficies(12)=30GK×Rθ, quod ſatis conſtat. Quare AH×$\frac{1}{2}$MN.GK×Rθ::ſuperf.(20).ſuperf. (12):: (20).(12).

33. Si axis ſphæræ æqualis ſit, tum √u: ϛq+σq unius lineæ, tum √u:ϛq+τq alterius lineæ: erit σ latus (20); & τ latus (12) Nam in Schemate priore generali, ϛ.σ::GH. AG::BH. AH: At ABq=BHq+AHq. Item ABq=3BEq=Q:BE+BL : pl BLq: hoc eſt 3ϛq=Q:ϛ+σ:pl σq. Eſt enim σq=ϛτ. Eſt 23 e 14.

34. √u:ϛq+σq. √u:ϛq+τq::lat (6). lat (20) hoc eſt, Kγ.Zγ::BE.AH, vel GI. AM: ſecta ſcil. KZ=Rγ med: & extr: ratione in puncto R. Nam per 23 IV°,

AMq$=$3Rγq: Et per 17, Zγq$=$3RKq. Quare AM. Zγ::Rγ. RK::ς.σ::GI.KG. Eſt 10 e 14.

35. Latus (6). Latus (20)::ſuperf (12). ſuperf (20). hoc eſt GI. AM::KG$\times$Rθ. AM$\times\frac{1}{2}$Rγ. Nam KG$\times$R$\theta=$GI$\times\frac{1}{2}$Rγ. Eſt enim GI.KG::ς.σ::Rγ+RK. Rγ::($\frac{1}{2}$R$\gamma+\frac{1}{2}$RK) Rθ. $\frac{1}{2}$Rγ, per 18. Eſt 9 e 14.

36. Q:perpendic:è centro ſphæræ in baſem (4). Q: perpend: è centro ſpæræ in baſem (8) :: 1.3:: CDq.$\frac{1}{4}$BEq.

37. Q: lat (4). Q: lat (8)::Baſis (4). Baſis (8). Nam AEq ABq::2.3: Et ABq.AFq::4.2. Eſt 14 e 14. Hinc conſectarium eſt,

quod, Superf (4). ſuperf (8)::2.3: ſcil. 4$\times$4.8$\times$3.

38. Q: (4).Q: (8) ::4. 27. per 36 & conſect: 37 Nempe $\times\left\{\begin{matrix} 1.3 \\ 4.9 \end{matrix}\right\}$. Eſt 17 e 14.

39. Baſis (6). Baſis (8)::8.$\sqrt{}$27: Nempe $\frac{4}{1}$.$\sqrt{\frac{3}{4}}$.

40. Baſis (4). Baſis (6)::$\sqrt{}$3.2::altit:Δ^i(4).latus Δ^i(4): nempe $\frac{1}{2}$BE.AE. Eſt 30 e 14.

41. Superf (4). Superf (6) ::1. $\sqrt{}$3: Nempe $\sqrt{\frac{4}{3}}\times$4 8: hoc eſt, Δ^m (4)$\times$4.2Q: axis.

42. Tria (4)$=$(6): per 41 & 36: Nempe $\times\left\{\begin{matrix} 1.\sqrt{}3 \\ 1.\sqrt{}3 \end{matrix}\right\}$ eſt 32 e 14. Hinc conſectarium eſt,

Quod $\left\{\begin{matrix} \text{Priſma baſis \& altitudinis (4)=(6). Et} \\ \text{Pyramis baſis \& altitudinis (6)=(4).} \end{matrix}\right.$

43. (8).3 (4)::latus (8). latus (4): Nempe 2. ($\sqrt{\frac{16}{27}}\times$3) $\sqrt{\frac{16}{3}}$::$\sqrt{}$2.$\sqrt{\frac{8}{3}}$. Eſt 22 e 14.

44. Si latus (8)$=\sqrt{}$u:σq+τq, erit latus (20) $=\sqrt{}$2τq. Nam BH+HA ſecatur med: & extr: ratione in H: Eſtque 2σq+2τq$=$2AFq$=$ABq$=$

BHq+AHq. Ergo AHq=2τq. Eſt 24 e 14.

45. Si latus (8)=√u:$\frac{1}{2}$ςq+$\frac{1}{2}$τq, Erit latus (12) =τ. Nam GI+GH ſecatur med: & extre: ratione in G: Eſtque ςq+τq=2AFq=ABq=3GIq=Q: GI+GK:+GKq. Ergo GKq=τq. Eſt hæc 25 e 14.

46. Si latus (4)=√u: σq+τq, erit latus (20) =√$\frac{3}{2}$τq. Nam BH+HA ſecatur media & extr: ratione in H: & $\frac{3}{2}$σq+$\frac{3}{2}$τq=$\frac{3}{2}$AEq=ABq=BHq +AHq. Ergo AHq=$\frac{3}{2}$τq. Eſt hæc 26 e 14.

47. Si latus (6)=√u: σq+τq, erit latus (20) =√3τq. Nam BH+AH ſecatur med. & extr. ratione in H: & 3σq+3τq=3GIq=ABq=BHq+AHq. Ergo AHq=3τq

48. Si latus (6)=√u: ςq+τq, erit latus (12) =√3τq. Nam GI+GK ſecatur med. & extrem. ratione in H: & 3ςq+σq=3GIq=Q: GI+GK:+ GKq. Ergo GKq=3τq.

49. Si axis ſphæræ ſit ᴚ, ſuperficies tum (4), tum (8), erit mᴚ. Nam quia 3.2::Q:axis. AEq:erit Q: lat.(4)=$\frac{2}{3}$Q:axis:eſt etiam Q:lat.(8)=$\frac{1}{2}$Q:axis: ſcil. utrumque ᴚ: quare & ipſorum latera ſunt ᴚ. At in Δº, per 24 3º, Latus. altitud::2.√3, ᴚ ⊐. ergo per 22 e 10, area Δⁱ eſt mᴚ. Eſt 13 e 14.

Notandum autem, quod in his quæ tum de elemento X, tum de V corporibus regular. ſcripta ſunt, propoſitionum numerus eſt juxta Ch: Clavium.

Corporum

Corporum quinque regularium mensuræ, ad axem sphæræ 2. Consulatur Schema generale.

I. *In Tetraëdro.*

AE latus (4), est $\sqrt{\frac{8}{3}}$: 1,632932.
DE semidiameter circuli ambientis basem triangulam (4), est $\sqrt{\frac{8}{9}}$: 0,942809.
Altitudo basis (4), est 1,414213.
Area basis (4), est 1,154657.
Superficies (4), est 4,618628.
CD perpendicularis è centro sphæræ in basem (4), est $\frac{1}{3}$, 0,333333.
Soliditas (4), est 0,513216.



II. *In Hexaëdro.*

BE latus (6), est $\sqrt{\frac{4}{3}}$; 1|154700.
CT est semidiameter circuli ambientis basem quadrangulam (6), $\sqrt{\frac{2}{3}}$: 0|816490.
Area basis (6), est $\frac{4}{3}$: 1|333333.
Superficies (6), est 8 : Nempe bina quadrata axis sphæræ.
$\frac{1}{2}$BE perpendicularis è centro sphæræ in Basem (6) est $\sqrt{\frac{1}{3}}$: 0|577175.
Soliditas (6), est 1|539600.

Superficies Hexaëdri.



III.

III. *In Octaëdro.*

AF latus (8), eſt $\sqrt{2}$: 1(414213.
CT eſt ſemidiameter circuli ambientis baſem triangulam (8), eſt $\sqrt{\frac{2}{3}}$: 0(816490.
Altitudo baſis (8), eſt 1(224735.
Area baſis (8), eſt 0(866018.
Superficies (8), eſt 6(928144.
$\frac{1}{2}$ BE perpendicularis è centro ſphæræ in baſem (8), eſt $\sqrt{\frac{1}{3}}$: 0(577175.
Soliditas (8), eſt 1(333333.

Superficies Octaëdri.



II. *In Hexaëdro.*

BE latus (6), est $\sqrt{\frac{4}{3}}$; 1 154700.
CT est semidiameter circuli ambientis basem quadrangulam (6), $\sqrt{\frac{2}{3}}$: 0 816490.
Area basis (6), est $\frac{4}{3}$: 1 333333.
Superficies (6), est 8 : Nempe bina quadrata axis sphæræ.
$\frac{1}{2}$BE perpendicularis è centro sphæræ in Basem (6) est $\sqrt{\frac{1}{3}}$: 0 577175.
Soliditas (6), est 1 539600.

Superficies Hexaëdri.



III. *In Octaëdro.*

AF latus (8), est $\sqrt{2}$: 1(414213.
CT est semidiameter circuli ambientis basem triangulam (8), est $\sqrt{\frac{2}{3}}$: 0(816490.
Altitudo basis (8), est 1(224735.
Area basis (8), est 0(866018.
Superficies (8), est 6(928144.
$\frac{1}{2}$ BE perpendicularis è centro sphæræ in basem (8), est $\sqrt{\frac{1}{3}}$: 0(577175.
Soliditas (8), est 1(333333.

Superficies Octaëdri.



IV. *In Icosaëdro.*

AH latus (20), est $\sqrt{u}$: $2-\sqrt{\frac{4}{5}}$: 1,105573.
MN = $R\gamma$ semidiameter circuli ambientis basem triangulam (20), est $\sqrt{u}$: $\frac{2}{3}-\sqrt{\frac{4}{45}}$: 0,607062.
Altitudo basis (20), est 0,910593.
Area basis (20) est 0,503362.
Superficies (20), est 10,067240.
QN perpendicularis è centro sphæræ in basem (20), est $\sqrt{u}$: $\frac{1}{3}+\sqrt{\frac{4}{45}}$: 0,794654.
Soliditas (20), est 2,666658.
GH semidiameter circuli ambientis pentagonum (20), est $\sqrt{\frac{4}{5}}$: 0,894427.

Superficies Icosaëdri.



V.

V. *In Dodecaëdro.*

GK=BL latus (12), est $\sqrt{\frac{5}{3}} - \sqrt{\frac{1}{3}}$: 0(713642.
Rγ=MN semidiameter circuli ambientis basem quinquangulam (12), est $\sqrt{u: \frac{2}{3} - \sqrt{\frac{4}{45}}}$: 0(607062.
Rθ=$\frac{1}{2}$Rγ+$\frac{1}{2}$RK, perpendicularis è centro basis in latus, est 0(49112.
Area basis (12), est 0(876211.
Superficies (12), est 10(514532.
QN perpendicularis è centro sphæræ in basem (12), est $\sqrt{u: \frac{1}{3} + \sqrt{\frac{4}{45}}}$: 0(794654.
Soliditas (12), est 2(785137.

Superficies Dodecaëdri.



F I N I S.

DE ANATOCISMO, SIVE USURA COMPOSITA.

Hoc eſt, Sex Theorematum fundamentalium, quibus Quæſtiones omnes circa Anatociſmum, facili negotio, ſolvi poterunt, inveſtigatio Analytica.

Notandum autem eſt, quod Solidus Anglicus continet 12 Denarios: Et Libra ſive Mina continet 20 Solidos; Denarios verò 240.

1. RATIO fœnoris reducenda primò eſt ad Rationem æqualem, cujus antecedens ſit 100, vel 1. Ut ſi Ratio ſit Denariorum 14|4, vel Solidorum 1|2 pro 1 Libra: Dic, 240. 254|4, vel 20. 21|2 :: 100. 106 :: 1. 1|06: nempe α. β. Quare β procreatur ex ſorte α, in uno anno integro.

2. Si vero Solutio ſit per ſemiſſem anni, vel per Quadrantem, hoc eſt per Dies 182|5, vel per Dies 91|25: Pro β, multiplicetur Logarithmus Procreati annui per $\frac{1}{2}$ vel per $\frac{1}{4}$: Sive & per $\frac{182|5}{365}$ vel per $\frac{91|25}{365}$. Perperam enim vulgò ſumitur $\frac{1}{2}$ vel $\frac{1}{4}$ annui fœnoris.

3. Quia

3. Quia in progressione, numerus Rationum unitate minor est, quàm N numerus terminorum, sive Solutionum; erit numerus Rationum N-1. Item Logarithmus β ductus id N-1, erit Logarithmus ω ultimi termini. Denique Logarithmus β ductus in N, erit Logarithmus $\beta\omega$, hoc est, ipsius β multiplicati in se continuè pro numero Solutionum.

4. Quare $\beta\omega$ procreatur ex α sorte, sive 1^{lb}, elocata pro N vicibus. Hinc Duo oriuntur Theoremata.

Theo: I. 1^{lb}. $\beta\omega$:: Q^{lb}. Q^{lb} cum lucro in N vicibus.

Theo: II. $\beta\omega$. 1^{lb}:: Q^{lb} post N vices. valor præsens.

5. Deinde quia $\frac{\beta\omega-\alpha q}{\beta-\alpha}$, hoc est, $\frac{\beta\omega-1}{\beta-1}=Z$, summæ omnium terminorum Progressionis (quorum ultimus est ω) estque idcirco Procreatum ex Pensione 1^{lb} intermissa pro N vicibus: Hinc duo oriuntur alia Theoremata.

Theo: III. $\beta-1$. $\beta\omega-1$:: Q^{lb} Pensio intermissa pro N vicibus. Pensiones cum fœnore solvendæ in fine.

Theo: IV. $\beta\omega-1$. $\beta-1$:: Q^{lb} futura. Pensio æquivalens solvenda in N vicibus.

6. Denique quia $\beta\omega$ procreatur ex 1^{lb} elocata pro N vicibus: Estque $\frac{\beta\omega-1}{\beta-1}$ procreatum ex Pensione 1^{lb} intermissa pro N vicibus; quod in pecuniis numeratis æquivalet pretio Pensionis: Dic, $\beta\omega$. 1^{lb}:: $\frac{\beta\omega-1}{\beta-1}$. $\frac{\beta\omega-1}{\beta-1 \text{ in } \beta\omega}$: Unde igitur in N vicibus procreabitur $\frac{\beta\omega-1}{\beta-1}$

Pretium

Pretium Pensionis. Hinc etiam oriuntur duo Theoremata.

Theo: V. β-1 in $\beta\omega$. $\beta\omega$-1 :: Q^{lb} Pensio pro N vicibus. Pretium ejusdem in pecuniis numeratis.

Theo: VI. $\beta\omega$-1. β-1 in $\beta\omega$ :: Q^{lb} præsens. Pensio emenda pro N vicibus.

Nota quod Q^{lb} significat quantamlibet librarum summam.

Exemplum de Pensione durante 10 annos, solutione semestri; in Ratione 1 ad 1(06. Estque N 20. Et Logar: 1(06 est 0(025306.

0,025306 in $\frac{1}{2}$

0,012653 Log: β = 1(0296

20 N

0,253060 Log: $\beta\omega$ = 1(791

$\bar{2}$,471291 Log: β-1 = 0(0296.

$\bar{2}$,724351 Log: β-1 in $\beta\omega$

$\bar{1}$,898176 Log: $\beta\omega$-1 = 0(791.

Est igitur

$\bar{1}$,898176

$\bar{2}$,724351

1,173825 Logar: Pretii 14(92^{lb} pro Pens: 1^{lb}.

$\bar{2}$,724351

$\bar{1}$,898176

$\bar{2}$,826175 Logar: Pensionis 0(06701^{lb} pro Pret: 1^{lb}.

Logarithmis hisce inventis adde Logar: Q^{lb}.

Vel valores hosce inventos multiplica per Q^{lb}.

REGULA

REGULA FALSÆ POSITIONIS.

MUltiplica Positiones per alternos errores. Et si errores sint ejusdem generis, nempe uterque excedens, vel uterque deficiens; Differentiam productorum divide per Differentiam errorum: Si verò diversi sint generis; Summam productorum divide per Summam errorum: Et Quotus dabit numerum quæsitum.

Demonstrationis gratia. Quis numerus est, qui ductus in B, producit planum BA, nempe BApl.

Esto A-C	Esto A-D
in B. BA-BC	in B. BA-BD

Errores igitur sunt

BApl-BA+BC.	BApl-BA+BD.

Quia utrobique signa sunt similia; ut quæ æqualia sunt, expurgentur; opus est ut Subductio fiat, mutando omnia signa minoris. Nam sic æqualibus se mutuò elidentibus, manebit errorum Differentia, BC-BD:

BC defic:	BD defic:
A-D	A-C
BCA-BCD	BDA-BDC

Hic etiam æqualibus utrinque per Subductionem expunctis;